Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere, respondere, Vadium prætactum luere, Inscriptioni præsenti Satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et Obligat præsentibus, eundem Terminum peremptorium primum, Vt et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successorum legatione intra Vel extra Regnum, Servitio militari ad munimenta ad Evictorem, Vel aliis quibusuis, dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem prætereâ Vltra proximos officy præfati Castrensis Præmisliensis Terminos, dilationem Sibi non recipiendo nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pænis Simplicibus Vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalysq Iuris præscriptione Terrestri, bello, Conventione, ac alÿs omnibus Iuris remedÿs et defensis non Subterfugiendo, nec modo quouis alio euadendo. Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

29 | III Feria Tertia post Dominicam Lætare Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Zielonka Mniszchow Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Paulus Zielonka sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Magnificum Georgium Vandalinum de Magna Kuncayce Mniszech Sanocensem, Sczerzecensem Debouecensem Capitaneum atq[ue] Magnificam Annam Chodkiewiczowna Consortem eiusdem Magnifici Capitanei Sanocensis legitimam eorumq[ue] posteros de Inscriptionis binis Prima inter eundem Magnificum Mniszech Capitaneum Sanocensem ab Vna et se Recognoscentem parte ab altera ratione obligationis bonorum totius et integrae Villae Grodowice de actu et data eiusdem Interceisae hic Praemysliae Feria Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo proxime transacto confectae et conscriptae manibus contrahentium ab Vtrinq[ue] subscriptae, Actisq[ue] Terrestribus Praemysliensibus cum Interpositione Vadij Octodecem Millium Florenorum Polonicalium roboratae, tum de Inscriptione obligatoria Terrestri Praemysliensi super eadem bona Villae Grodowice per eundem Magnificum Capitaneum Sanocensem sibi Recognoscenti Coram ijsdem Actis Terrestribus Praemysliensibus recognita, nec non 1062

+

de ipsa summa quae et quanta in Inscriptione eadem obligatoria expressa est, atq; de altera summa Trium Millium Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per eundem Magnificum Capitaneum Sanocensem Intercisa eadem obligatoria, atq; Inscriptione debitorea Coram Actis ijsdem Terrestribus Praemisliensibus super omnibus bonis suis ad solvendum assecuratae. Eademq; ipsa Inscriptione debitorea Terrestri Praemisliensi super praemissam summam Trium Millium Florenorum Polonicalium recognita, atq; de provisionibus, ab eadem summa debitorea Trium Millium Florenorum Polonicalium ad diem Actus praesentis provenientibus, Ipsaq; eadem Inscriptione obligatoria Terrestri Praemisliensi super eadem bona Villae Grodowice recognita Insuper de altera Intercisa Arendatoria inter praefatos Magnificos Georgium Pandalinum de Magna Kunczyce Mniszech Sanocensem Sczerzecen, Dębowecensem Capitaneum, atq; Annam Chodkiewiczowna Coniuges legitimos ab Una et se Recognoscentem occasione Arendae Bonorum Villae Czarna Zołobek et Rosochate in Terra Sanocensi consistentium, aliarumq; certarum Conditionum, in eadem Intercisa contentarum de actu et data eiusdem Intercisae hic Praemisliae die Vigesima Sexta Mensis Februarij Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono confectae et conscriptae, manibus ab Utrinq; subscripta, et Actis Terrestribus Praemisliensibus sub Vadio Viginti Octo Millium Trecentorum Octuaginta Florenorum Polonicalium ad tenendum firmatae, omnibusq; et singulis eiusdem Intercisae Arendatoriae personas et interesse suprascriptorum Magnificorum Mniszchow Coniugum Legitimorum Stringentibusq; Conditionibus, cum et de eiusdem Intercisae Arendatoriae

Roboratoria

+

Roborationis Inscriptione Terrestri Praemisliensi, tum de Scripto certo manuali per eundem Magnificum Capitaneum Sanocensem super summam sex Millium in auro puro sibi Recognoscenti dati et ad solvendum assecurati atque ad Acta Terrestria Praemisliensia per oblatam Feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo per se Recognoscentem porrecto. Ipsaque eadem summa sex Millium Florenorum Polonicalium atque provisionibus ab eadem summa ad diem praesentem provenientibus, de actu et data eiusdem Scripti in Arce seu fortalitio Laszki die Vigesima Octava Mensis Februarij Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono conscripti. Insuper de altero Scripto per eundem Magnificum Capitaneum Sanocensem sibi Recognoscenti super summam Sexcentorum Florenorum Polonicalium de actu et data illius Praemisliae die Decima Tertia Mensis Junij Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo ipso conscripto, manu eiusdem propria Magnifici Capitanei Sanocensis subscripto, et ad acta Terrestria Praemisliensia per se Recognoscentem per oblatam porrecto. Ipsaque eadem summa Sexcentorum Florenorum Polonicalium, in eodem Scripto manuali contenta et expressa. Tum de altero Scripto per eundem Magnificum Capitaneum Sanocensem super summam Sex Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti dati, Actisque Terrestribus Praemisliensibus roborato, et manu eiusdem Magnifici Capitanei Sanocensis propria subscripti, provisionibusque ab eadem summa provenientibus, Ipsaque eadem summa Sex Millium Trecentorum Florenorum Polonicalium in scripto eodem manuali expressa. Insuper de quibusvis membranis chyrographis, scriptis manualibus

atq Inscriptionibus quomodocunq Vocitatis nomine quæ et
quales inter suprascriptos Magnificos Mniszchow Coniu:
ges legitimos ab Una, seq Recognoscentem ab altera par:
te, ex occasione bonorum Villarum Czarna et Grodowice
ad diem præsentem intercesserunt, Summisq quibusuis
in eisdem scriptis et hyrographis contentis apud se Reco:
gnoscentem, modo quocunque ex occasione bonorum præ:
fatorum Czarna et Grodowice per eundem Magnifi:
cum Capitaneum Sanocensem debitis ob plenariam et
sufficientem omnimodamq Summarum omnium tam in
Interceisis suprascriptis, quam Inscriptione obligatoria, tum
membranis hyrographis, Scriptisq manualibus ad præsens
officio præsenti reproductis et alijs quibusuis latentibus
ex occasione bonorum suprascriptorum contractis conten:
tarum et expressarum persolutionem Quietat, emittit
dimittit, liberosq et absolutos pronunciat perpetuo. In:
terceisas suprascriptas tam obligatoriam super bonis Villæ
Grodowice quam Arendatoriam super bona Villarum
Czarna, Rosochate, Zolobek factas et conscriptas
quo ad Conditiones et ligamenta earundem Interci:
sarum personas suprascriptorum Magnificorum Mnisz:
chow afficien[tes], earumq Interceisarum Roborationes tum
Inscriptionem Obligatoriam super bona Villæ Grodowice
Recognitam, atq quæuis scripta manualia, membranas
et hyrographa quæ inter eosdem Magnificos Mnisz:
chow Coniuges et se Recognoscentem ex occasione bo:
norum præfatorum modo quouis intercesserunt ob
præstitam in omnibus sufficientem Satisfactionem
in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat
sibi et suis posteris ratione præmissorum perpetuum
imponendo silentium. Recognoscens in præmissis
omnibus.

Omnibus sufficienter et plenarie ab eisdem Magnificis Mniszkow Coniugibus praestitam esse satisfactionem. Salua nihilominus certa Conditione Contractus seu Intercisae suprascriptae Arendatoriae bonorum Villae Czarna, Zołobek, Rosochate, occasione Vecturae lignorum per subditos Iuribus Recognoscentis subiectos in Commodum suprascripti Magnifici Capitanei Sanocensis praestitae pleno in robore reseruata.

Zielonka suo pro Interesse Roborat 1064

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Zielonka sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet, se cum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Intercisam certam inter Magnificos Georgium Vandalinum de Magna Konczyce Mniszech Sanocensem Szczerzecensem Debrowecensem etc. Capitaneum atque Annam in Byhow et Szklow Comitissam Chodkiewiczowna Coniuges legitimos ab Vna et se Recognoscentem parte ab altera ratione certarum rerum et Conditio-